



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Specvlvm Privilegiorum Regularivm In Commvni

Pedro <de los Angeles>

Coloniæ Agrippinæ, 1681

Facvltas Ordinis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61715](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61715)

FACULTAS ORDINIS.


FR. STEPHANVS à S. IOSEPH, Vicarius
Generalis Ordinis Fratrum Discalceatorum
B. Mariæ Virginis de monte Carmeli Primitivæ
Observantiæ, &c. Vt liber, cuius titulus est (*Spe-
culum Privilegiorum Regularium*) à Patre FR. PÉTRO
ab ANGELIS, nostri Ordinis Definitore Generali
accuratè compositus, & à Viris doctis nostri Or-
dinis (quibus ipsum videndum, & examinan-
dum commisimus) recognitus, & approbatus,
Typis mandetur, & in lucem prodeat, obtentâ
facultate Ordinarii, ac supremi Senatûs; Tenore
præsentium licentiam concedimus. In quorû
fidem præsentes manu nostrâ, ac Secretarii no-
stri nomine subscriptas fieri iussimus: in hoc no-
stro Collegio Complutensi die sextâ mensis Mar-
tii anno Domini M. DC. LXIV.

Fr. Stephanus à S. Ioseph,
Vicarius Generalis.

Fr. Theodorus à S. Ioseph,
Secretarius.

(12)

LICEN.



LICENTIA DEL ORDINARIO.

EL Lic. D. Garcia de Velasco, Vicario desta Villa de Madrid, y su Partido, per la presente, y por lo que à Nos toca, damos licencia para que se pueda imprimir, y imprima un libro intitulado, Speculu Privilegiorum Regularium in communi, escrito por el Reverendissimo Padre Fray PEDRO de los ANGELES, Definidor General de su Orden de Carmelitas Descalzos, atento ha sido por Nos examinado, y no tiene cosa contra nuestra Sancta Fe, y buenas costumbres. Dada en la Villa de Madrid a Veinte y un dias del mes de Abril de mil y seiscientos y sesenta y quatro annos.

El Lic. Velasco.

Por su mandado,

JUAN de RIBERA MUNNOZ.

CEN

CENSURA ET IUDICIUM

Reverendissimi P. Fr. M. Joannis de Heredia, antiquissimæ Familiæ Carmelitanae, Regularis observantia Alumni, quondam in Complutensi Academia Sacrosanctæ Theologiæ sapientissimi Lectoris: nunc verò in supremo Fidei Senatu Censoris ex munere, & in suo Matritensi Cænobio ex merito Presulis.

Speculum Privilegiorum, à Reverendissimo P. Fr. PETRO ab ANGELIS, ex Religiosissima, venerandaque semper Familia Patrum Carmelitarum Discealceatorum, Congregationis Hispaniæ Definitore Generali elaboratum, ex præscripto D. Garciae de Velasco, Vicarii Matritensis, vidi, & magnâ aviditate sedulus lustravi, lucem Doctrinæ miratus, iterum atque iterum, ut fitim explerem addiscendi, fontem eruditionis prælibavi. Profecto cum tantæ Familiæ Filium Authorem conspicerem, è cujus foecundissima radice tot flores & fructus hucusque prodierunt, ac Doctrinam operis lustrarem, venit in mentem illud Casiodori encomium in Deciorum stemmata: *Nescit inde aliquid nasci mediocre, tot probati, quot geniti, & quod difficile provenit, electa frequentia, frustra perquirerem Authorem, cum hujus sacrae Religionis Alumnum concepissem, è cujus uberrimo Paradiso tot arbores vitæ, tot scientiæ ramos livida posset amulari natura. Sed quia inter tot filiorum*

Lib. 3.
cap. 6.

rum lucidissimos partus Authorem nitidissimâ cognoscant
Doctrinâ fulgentem, rectè opus fulgoribus exornatum Spe-
culi cognomine iudicavi condecoratum; si enim species ve-
rum speculum, ut clarius communicet trahit, subtilissimo lu-
mine quidquid Privilegiorum sparfit sanctissima Sedes, sine
difficultate mutuatur, ut liberè præstet; quod minimū est, occul-
tari valet, quod nobile, nunquam patitur abscondi; lucidissi-
mum jubar suo se jubare pandit, & qui flores præ manibus
habebam, ex nobili germine illicò sum odoratus radicem.

Oras. 4.

Concinit ad rem Ennodius: *Quoties amomi flosculus, aut mesis
casta per depraedationem lascivi pollicis radice viduantur, & ad doctam
manuum humanarum nobile germen adjungitur, meritum castitatis o-
dore significat, & natura genium primâ visione testatur. Occultari se
non patitur fetura sublimis.* Ex Doctrinæ odore authorem a-
gnovi, adeò sublimis fragrantia, ut meritum prodat ingenii.
Opus hoc nec mordere potest invidia, nec præceps fugillare
livor audebit. Habent omnes quod ex tali scaturigine hauri-
ant; multum quod Literati discant, nihil quod reprehend-
ant Candorem seruat Catholicæ doctrinæ, morum ho-
nestatem. Censeo dignissimum, ut prælo mandetur, imò,
& quod æternitati credatur. In hoc Conventu Matritensi
Carmelitarum Observantiæ, die 17. mensis Aprilis anni 1664.

Frater IOANNES de HEREDIA,

CENSU-

C E N S U R A

Reverendi admodum P. Fr. Magistri THOMAE de CASTEION,
 ex Illustrissimo Cœtu Eremitarum eximij Doctoris S. Augustini, olim in sui Ordinis
 celeberrimo Collegio Complutensi, & Salmantino Sacra Theologia
 dignissimi Moderatoris.

EX decreto Supremi Senatûs Castellæ librum hunc, cujus est inscriptio, *Speculum privilegiorum Regularium*, Authore Reverendissimo P. Fratre PETRO de los ANGELES, Carmelitarum Excalceatorum Observantissimæ Congregationis Hispaniæ Generali Definitorè, inspexi, & apud, convenienterque respondere titulo nemo dubitabit, qui attendit illam, qua Privilegiorum representat qualitates, inspexit perfectionem. Unde in eo perspicuè videtur apparere Empedoclis sententia de rerum speciebus, seu imaginibus, quas intuentibus Speculum refert. Has enim ille apud Plutarchum: *Fieri (ait) per effluvia in speculi superficie coeuntia; peragi autem per ignem, qui ex Speculo profluit.* Deducitur sanè, ut minimè dubitandum, in hoc Tractatu non minus igneo Authoris, ardentique zelo, quo intimè inflammatus Speculum hoc elaboratè confecit, quàm ipsorum: deberi Privilegiorum naturæ. Splendentem verò in ipso illius zelo prudentiam, simulque ita mensam obligationem, qua totum his elucubrationibus Religiosorum statum Author obstringit, fervor ille maxime comprobatur, quo prædictorum firmitatem Privilegiorum sancit, & roborat. Nec enim minori afficit decore Religiosos, qui efficacibus, & potentissimis doctrinis illorum evulgat Privilegia, quàm ipsa per se validissima Privilegia, ex quibus, ut legitur in D. Cypriano: *Minus est criminis honoratum bono testimonio non fuisse, quàm honorem boni testimonij perdidisse; minus est sine laude jacuisse, quàm laudes proprias perdidisse;* ita diverso modo non majoris debet esse gloriæ bono Privilegiorum testimonio honorati, quàm honorem talis testimonii non amisisse. Pari idèò, ne dicam majori, cum ipsa Privilegiorum gloria; laude dignam existimandam censeo curam, & diligentiam in illis publicandis impensam, ne in interitum ruant, vel in oblivionis immerga profundum, vel non, ut æquum erat, propugnata. Concedamus hanc laudem, cui tam gloriosum expletur propositum; & quia in hoc opere nihil est, quod Catholicæ dissonet veritati, bonisve moribus, quinimò omnia pura, omnia sapienter excogitata, Religiosissimoque Viro digna inveniantur, ut omnes consulto hoc Speculo, quod se deceat, eligere, atque præstanter effingi valeant, dignissimum opinor, ut in publicum prodeat, omniumque obrutibus, omnibus benè consulturum exponatur. In hoc Divi Philippi Matritensi Conventu, die 1. Maii, anno 1664.

Plutar-
 chus de
 Placit.
 Philo-
 soph. l. 4

S. Cypri-
 l. 2. epi-
 stolar.
 epist. 7

Fr. THOMAS de CASTEION.

FACVL

Facultas R. adm. P. Provincialis Germaniæ,
cum Privilegio Cæsareo.

F. R A P H A E L à S. I O S E P H.

Provincialis Germaniæ FF. Discalceatorum Ordinis

Beatissima Virginis Mariæ de Monte Carmelo,

Congregationis S. Eliæ.

CVM Decreto Sacræ Cæsareæ Majestatis omnibus & singulis Typographis, Bibliopolis, ac aliis quamcunque librariam negotiationem exercentibus, seriò firmiterque inhibeatur, ne quisquam libros ullos à Carmelitis Discalceatis hæctenus editos, aut in posterum edendos, vel eosdem in diversas linguas ab aliis hominibus translatos, aut in compendium redactos, intra Sacri Romani Imperii, Regnorumq; & Dominiorum Suæ Sac. Cæsareæ Majestatis hereditariorum fines simili, vel alio characteris genere, aut forma, sive in toto, sive in parte excudere, vel recudere &c. sine facultate Provincialis Ordinis nostri, pro tempore existentis, in scriptis habenda, sub pœna Confiscationis omnium librorum, & aliis gravioribus audeat, vel præsumat: Tenore præsentium Facultatem concedimus IOANNI WILHELMO FRIESSEM Bibliopolæ Coloniensi, recudendi SPECULUM PRIVILEGIORUM REGULARIUM &c. R. P. PETRI AB ANGELIS, ac TRACTATUM DE EISDEM PRIVILEGIIS R. P. ANDREAE à MATRE DEI &c. in quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas, ac sigillo munitas dedimus Viennæ Aulicæ 8. Novemb. Anno 1680.

F. Raphael à S. Ioseph.

Pro;